



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

II. Enarratio promissionis de Christo traditæ Abraham: In Semine tuo benedicentur omnes Gentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Estq; continua successio talium Doctorum & instauratorum Ecclesie, qui, ut in acie prioribus decedentibus, mox alij in horum uestigia insistant, sic continuato ordine sibi succedunt. Nota est autem ex Capite Quinto & Vndecimo series primorum Patrum, qui duobus milibus annorum Ecclesiam reuerunt. Nunc anno Mundi 2025. cum pleraq; gentes oblita essent ueram doctrinam, & passim idola colerent, Vocatus est Abraham, ut collapsam in Palestina Ecclesiam instauraret, & doctrinam promissionis de Christo propagaret. Agamus autem DEO gratias; quod hos summos Ecclesie duces excitauit, quod per eos fuit efficax, & restituit & auxit Ecclesiam, quod addidit eis sua testimonia, & quod tradidit nobis uerbum, per quod impertit uitam eternam. Oremus etiam ut deinceps Ecclesiam apud nos excitatis salutaribus doctoribus, & repressis hostibus Euangelij seruet & gubernet.

## II.

ENARRATIO PROMISSIONIS de CHRISTO tradite Abraham, In Semine tuo benedicentur omnes Gentes.

T = Fons



Fons omnium Euangelij concionum, & præcipua  
 ac propria Ecclesie sapientia est, Promissio uenturi  
 Seminis, quæ ideo Adæ & Abrahæ tradita est, &  
 subinde illustrata, ut sciret Ecclesia inde usque ad  
 finem se recipi à Deo propter uenturum Semen, quod  
 intelligebant fore hostiam pro peccato, & propter  
 ipsum dari remissionem peccatorum, et uitam æternam.  
 Ac omnes uitæ æternæ hæredes, etiam illi, quos  
 quam Christus ex uirgine natus est, fide, hoc est, per  
 uocatio misericordie propter CHRISTVM, qui pro  
 nobis missæ saluati sunt, ut Act. 15. Iohan. 8. Rom. 4. Gal.  
 dicitur.

Cum autem pleraque conciones Propheticae  
 Apostolica uersentur in enarratione promissionis  
 datæ Abrahæ, breuiter tantum, ut magnitudo remissionis  
 hisce breuibus uerbis inclusa appareat, Octo locis  
 præcipuos recensebo.

- I. De Persona Messie.
- II. De Conceptione & Natiuitate  
Christi.
- III. De Beneficijs Messie.
- IIII. De Applicatione.
- V. De discrimine Legis & Euangelij.



VI. *Quod sola Fide iustificemur coram Deo.*

VII. *De Peccato Originis.*

VIII. *De Vocatione gentium.*

*Primus Locus. De Persona  
Messiæ.*

*Duas Naturas perspicuè describit promissio. Cum enim futurus sit Semen Abrahæ secundum carnem, necesse est in eo naturam humanam esse, uerè sumptam ex posteris Abrahæ. Cumq; liberaturus sit Ecclesiam à maledictione Legis, à peccato, ab ira Dei, à Tyrannide Diaboli, & donaturus sit Ecclesiam cœlesti benedictione, necesse est in eo diuinam et omnipotentem naturam humanæ unitam esse, ut inquit Epistola ad Ebræos. Filius DEI non Angelos, sed Semen Abrahæ adsumpsit. Et Psal. 110. Enarrans hanc promissionem; Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

*II.*

*Conceptio & Natiuitas  
Christi.*

T 3 Omne



Omnes concepti ex uirili Semine immundi sunt  
 & contaminati peccato, & nascuntur filij irae,  
 dicitur, In peccatis concepit me mater mea. Con-  
 igitur Messias expers peccati, Ecclesiam à peccato  
 & ira Dei liberaturus sit, necesse est eum sine uirili  
 semine concipi. Ideo inquit Esaias: Ecce Virgo con-  
 cipiet & pariet Filium. Et Luc. 1. Spiritus sanctus  
 superueniet te, & uirtus altissimi obumbrabit te.  
 Quia enim ex commixtione uirilis seminis propo-  
 gatur natura immunda, Christus sine ulla commix-  
 tione natus est. Et tamen ut esset Semen Abrahæ, sum-  
 pta est de substantia uirginis Mariæ Massa sanctifi-  
 cata per Spiritum sanctum, ex qua corpus nascens  
 Messie formatum est.

### III.

#### De Beneficijs Messie.

Beneficia Messie una uoce Bene-  
 dictionis breuiter significantur.

Hanc enarrat Petrus Act. 3. DEVS misit Filium  
 suum IESVM benedicientem nos, ut conuerteret nos  
 numqueng; à peccatis suis. Et Paulus Ephes. 1. Deus  
 & Pater Domini nostri Iesu Christi benedixit nos  
 omni benedictione spiritali in caelestibus Christus,  
 id est, caelestibus bonis nos ornauit, cum misit nos  
 Filium suum Christum. Et Gal. 3. Ut Gentibus bene-



dictio Abrahæ detur, ut promissum Spiritum accipiamus per fidem. Item, Per promissionem donauit Deus Abrahæ uitam æternam. Ex his Apostolorum testimonijs discimus Benedictionem non de Mundi imperio, aut corporalibus bonis concionari, sed hæc summa & Ecclesie propria ac æterna beneficia complecti.

1. Liberationem à maledictione Legis, ut dicitur Galat. 3. Christus nos redemit à maledictione Legis, factus pro nobis maledictus, ut in Gentes benedictio Abrahæ ueniret per Christum Iesum.
2. Liberationem ab ira Dei.
3. A peccato.
4. Ab æterna morte.
5. A Tyrannide Diaboli.
6. Reconciliationem cum Deo & Imputationem Iusticiæ.
7. Donationem Spiritus sancti & nouæ Iusticiæ.
8. Gubernationem in uocatione, & omnibus uitæ periculis.
9. Victoriã aduersus Diabolum.
10. Vitam æternam.

### I I I I.

## De Applicatione beneficiorum Christi.

Applicationem promissionis huius, datæ Abraham,

T + ham,



ham, & beneficiorum Christi, disertè docet Paulus Gal. 3. Qui ex fide sunt (id est, qui credunt) hi benedicentur cum fideli Abraham. Singuli igitur nos in hanc promissionem includamus, & certò tuamus nos à Deo recipi, & benedictione carere cumulari propter hoc Semen Abrahæ promissum Dominum nostrum Iesum Christum, ut dicitur, ex fide gratis, ut firma sit promissio.

V.

### Discrimen Legis & Euangelij.

Discrimen Legis & Euangelij ex hac promissione extruit Paulus Galat. 3. Lex est doctrina maledicens, Hoc est, Pronuncians nos reos iræ Dei & eternarum pœnarum, quia polluti peccato nequam quam satisfacimus Legi, ut dicitur Deut. 27. Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in Libro Legis. Sed Euangelion promissio & gratis donat propter Semen Abrahæ celestem benedictionem, Hoc est, liberationem à maledictione Legis, peccato, iræ Dei, donationem Spiritus sancti, iusticiæ & uitæ eterne. Repetatur autem hoc loco integra doctrina de discrimine Legis & Euangelij.

VI.

Quod sola Fide iustificemur  
coram Deo.



Propositio correlatiuè intelligenda est. Sola fide iustificamur, id est, propter solum Filium Dei Mediatorem recipimur à Deo, & reputamur iusti, & accepti sumus ad uitam æternam. Nec excludunt hæc particula Gratis, sine Lege, sine operibus, sola Fide, contritionem, aut sequentes uirtutes ne adsint, sed meritum à causa recõciliationis excludunt et transferunt causam in solum Christum.

Hæc doctrina, Quod Gratis propter solum Christum donetur remissio peccatorum ac iusticia, non partim propter Christum, partim propter Legem seu nostra opera, & quod sola Fide accipiatur, non fide & operibus coniunctim, eruditissimè & sapientissimè à Paulo ex hac promissione data Abrahamæ extruitur, Cum inquit Galat. 3. Abraham datæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit in seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno & in semine tuo, qui est Christus. Iam si fide & cæteris uirtutibus iusti essemus, benedictio daretur propter Semina, id est, partim propter Christum, & partim propter nostras uirtutes. Sed datur credentibus propter unicum Semen Abrahamæ, qui est Christus. Quare detestanda est aduersariorum *συνδοχή*, & fides formata, qua perpetuam Ecclesiæ de Iustificatione doctrinam corrumpunt.

## VI.

## De peccato Originis.

T s

Cum



Cum necesse sit omnes homines consequi benedictionem propter unicum Semen Abrahamæ, seu libertorem Christum, sequitur OMNES homines oppressos esse maledictione, hoc est, ira Dei & pœnis propter peccatum.

## VIII.

*De Vocatione Gentium.*

Particula uniuersalis, OMNES GENTES testatur benedictionem Abrahamæ, seu beneficia Christi, non solum ad Iudæos, sed etiam ad reliquas Gentes pertinere. Quarum Vocatio testatur,

1. Promissionem Euangelij & gratuitam in Ierusalem esse. Quia non solum Iudæi, apud quos uera agnitio Dei & honesta disciplina manserunt, etiam omnes gentes, apud quas uera notitia extincta fuit, & mores turpissimè deformati fuerunt, ad societatem æternæ Ecclesiæ uocantur.
2. Monet Regnum Christi non fore politicum, & Ceremonias Sacerdotij Mosaici cessaturas esse. In omni enim loco & apud omnes gentes offerentur tantummodo Sacrificium Mundum.
3. Amplificat immensam amplitudinem misericordie diuinæ, quod ex tam polluta massa gentium homines ad æternæ uitæ societatem uocat.

## III. Locus.

## EXEMPLVM FIDEI